xanf vel edicen per Successorum Reptensque sive eius successores memorato Donatario suo vel successoribus ob non Completionem praemissorum omnium et singulorum tamen toto quam in quavis minima parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbet. Pro quibus quidem damnis Terminus modo praemisso Amplius ad erga Corporali iuramento taxatis et edicendo ad solvendum succumbet ac realiter quacunque ex praemissorum Completa Complere Sub poena praenominatus Reptens Generosus Joannes Stanislaus Kozen sive eius successores ad instantiam Generosi Sebastiani Kozenski vel eius posterorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense ex tunc recenter ingrossatio quo ad respondendum et ea compleat mediante semper in primo Termino tanquam per emptor vera infirmitate pro maiori Minorennitate Successorum Legatione intra vel extra Regnum servitio Militari ad mumenta ad Quitatorem vel alys quibusuis Actionibus et legalibus impedimentis non differendo ad quaestionem ultra praeximus Officij praefati Castrensis Premysliensis Terminos dilationem ibi non recipiendo. Nullasque motiones appellationes vel earum protestationes faciendo ac praemissa omnia a praesentis simplicibus vel duplicatis cautionibus suspensionibus fatalys Iuris praescriptione Terminis bello Condentiones et alys quibusuis Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo quouis euadendo Actu sua praesenti personali Recognitione ad praemissa ita mediante.

Idem eundem Quietat:

Comparens personaliter coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosus Joannes Stanislaus Kozen Sanus mente et Corpore exemptus a Terminis districtibus Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et praesenti vero Iurisdictioni Castrensi Capitaneali

878

actum praesentem attinet et cum successionibus ac bonis suis ge-
neraliter omnibus totaliter et plenarie incorporavit atque Subij-
cit palam libere publice ac per expressum requit. Quia ipse Gene-
rosus Theodorus Jassewski eundem ipsum de rebus mobilibus
totaque supellectili domestica in quacunque materia et forma
existentis necnon summis pecuniarijs quibusuis quae et quan-
tas se Recognoscentem post fata Generosi olim [illegible] de Baranow pr[illegible]
nominati Generosi Theodori Jassewski Consortis sui Veri Re-
cognoscentis Matris suae Domino et naturali Suae ne titulo he-
reditario concernunt per se Vero Recognoscente apud eundem
Generosum Jassewski modo quovis pretenduntur. Tum causis et
actionibus quibusuis ratione non extraditionis earundem rerum
Mobilium ac Summarum quarumuis pecuniarum per se Recognoscentem
praefato Generoso Jassewski ad quoduis Judicium et Officium Regni in-
stitutis et intentatis generaliter Vero de omnibus et singulis
iniurijs violentijs offensis rebusque quibusuis. Item Causis et
actionibus Judiciarijs Processibus Decretis Protestationibusque
Relationibus et arestis in quovis Judicio et Officio Regni ratione
quarumcunque offensionum et Iniuriarum factis institutis prolatis
et inductis ac in quocunque puncto et gradu Juris inde emanatis
dependentis quietat et mittit liberumque et absolutum perpetuo pro-
nuntiat. Offensiones Iniurias Decreta processus prote-
stationes causasque et actiones in universum omnes in toto et
totas cassat mortificat et annihilat. Ubi suusque ipse ob
realem eamque effectivam in praemissis sibi praestitam per eundem
Generosum Jassewski satisfactionem perpetuum imponens silentium.

23/IX 1659

Actum in Castro Premisliensi
Feria Tertia post Festum Sancti
Apostoli et Evangelistae

proxima